

The *Chrysostomus Latinus in Mattheum* Online (CLIMO) Project
(<https://climo-project.wlu.ca>)

Omelia XVI. in Mattheum Iohannis Chrysostomi interprete Burgundio
(BAV MS Vat. lat. 383, ff.53va-62vb)

Ne estimetis quoniam ueni dissoluere legem uel prophetas.

Quis enim hoc suspicatus est, uel quis inCUSauit, ut adhoc faciat obuiationem? Neque enim ex his que dicta sunt, talis suspitio oriebatur. Iubere enim mittes esse, et mansuetos, et misericordes, et mundos corde, et pro iustitia certare, nichil tale demonstrabat. Sed et contrarium uniuersum. Quid igitur hoc dixit? Non simpliciter neque inaniter. Sed quoniam maiora ueteribus mandatis, erat in legislationem deducturus, dicens, audistis quod dictum est antiquis, non occides. Ego autem dico uobis, neque irascimini, et diuine cuiusdam et caelestis urbanitatis constructurus uiam, ut non hoc extraneum, turbet audientium animas, et litigare preparet ad ea que dicuntur, hac utitur pre emendatione uel pre directione. Etsi enim non complebant legem iudei, sed tamen malo detinebantur ad ipsam conscientia. Et rebus eam in unoquoque die dissoluentes, litteras uolebant manere immobiles, et nullum apponere uel adicere aliquid amplius eis. Magis autem cum apponerent quidem principes, non ad melius sed ad deterius, tolerabant. Etenim honorem qui est ad genitores, ita dissoluebant suis appositionibus, et alia autem ampliora iniacentium, uel imminentium in lege dissoluebant in temporaneis auaritiis. Quoniam igitur christus, neque ex sacerdotali tribu fuerat existens, et que erat expositurus appositio uel adiectio quedam erant, non tamen diminuens sed intensam faciens uirtutem, preuidens utraque hec eos turbatura, antequam mirabiles illas inscribat leges, proicit quod subintratum erat eorum menti. Quid autem erat quod subintrabat et offendebat? Estimabant ipsum hoc dicentem, in destructione ueterum legalium facere, hanc igitur sanat suspitionem, et non hic hoc facit solum, sed et alibi rursus. Quoniam enim et deo contrarium ipsum, hinc estimabant esse, quia sabbatum non obseruabat, curans eorum talem suspitionem, et illic rursus ponit excusationes, has quidem seipsi decentes, sicut cum dicat, pater mens operatur, et ego operor, has autem multam condescensionem habentes. Vt puta, sicut cum in medium ducit, et ouem perditam in sabbato, et monstrat propter illius salutem legem motam. Et circumcisionis meminit, idem facientis rursus. Ideoque humiliora loquitur multotiens uerba, ut iudei esse deo contrarius destruat. Propter hoc qui decem mille mortuos uerbo solum erexerat, cum lazarus uocabat, et orationem apposuit. Deinde ut non hoc minorem eum monstraret eo qui genuit, emendans hanc suspitionem, induxit. Quoniam hec dixi, propter turbam circumstantem, ut credant quia tu me misisti, et neque omnia ut auctoritatem habens operatur, ut illorum inbecillitatem emendet. Neque omnia orans facit, ut non posterioribus derelinquat pernitiouse suspitionis conditionem ut inbecillis existens, et non potenter habens. Sed miscet et hec illis et illa his, et neque hoc simpliciter facit, sed cum decente eum prudentia. Maiora enim potestatiue faciens, imminoribus in celum aspicit. Peccata enim soluens, et ineffabilia reuelans, et paradisiu aperiens, et demones abigens, et leprosos mundans, et mortem refrenans, et mortuos erigens decem mille, ex precepto omnia faciebat. Cum autem id quod multo his minus erat, panes ex paucis multos preparabat rigans, tunc in celum aspiciebat. Monstrans quod non propter inbecillitatem hoc operabatur, qui enim maiora poterat cum potestate uniuersa facere, qualiter utique in minoribus oratione indiguit? Sed quod dixi, ut illorum obstruat inuerecundiam hoc facit. Idem igitur et in uerbis cum audieris eum humilia loquentem, puta. Etenim multe et uerborum et rerum talium sunt cause, ut puta hoc non estimare

Commented [CN1]: [fol.53vb]

Commented [EK2]: ruptam add. super lin.

Commented [EK3]: hoc id est add. super lin.

Commented [EK4]: uel auctor add. super lin.

Commented [EK5]: [fol.54ra] uel materiam add. super lin.

Commented [EK6]: humilium add. super lin.

alienum esse a deo, hoc omnia erudire eum et curare, hoc humilitatem docere, hoc carnem circumiacere, non posse iudeos omnia repente audire, hoc docere nichil magnum de seipsis loqui. Propter hoc multa humilia ipse de seipso multotiens dicens, magna aliis dimittit dicere. Ipse enim uideris loquens dixit. Antequam abraham fieret ego sum. Discipulus autem eius non ita. Sed in principio erat uerbum, et uerbum erat ad deum, et deus erat uerbum. Rursus quoniam celum et terram et mare ipse fecit, et que uidentur, et que inuisibilia sunt omnia. Ipse quidem nusquam manifeste dixit. Discipulus autem multa libera presentia nichil timens, et semel et bis, et multotiens hoc ait. Omnia per ipsum facta sunt scribens, et sine ipso factum est neque unum, et in mundo erat, et mundus per ipsum factus est. Et quid miraris si alii maiora de ipso dixerunt, his que ipse dixit, cum multa per res ostendens per uerba manifeste non dixerit? Quoniam hominem ipse fecit, monstrauit manifeste et peccatum. Cum autem de plasmatione que fuit in principio sermo erat ei, non dixit quoniam ego feci, sed qui fecit, masculum et feminam fecit eos. Rursus quoniam mundum condidit et que in ipso sunt, per pisces, per uinum, per panes, per tranquillitatem que fuit in mari, per radium quem auertit in cruce, per alia ampliora, demonstrauit. Verbis autem nusquam hoc manifeste dixit. Sed discipuli hoc continue loquuntur, et iohannes et paulus et petrus. Hii enim illi qui nocte et die audiebant eum disputantem, et miracula facientem uidebant, et quibus singulariter multa dissoluit, et tantam dedit uirtutem, ut et mortuos erigerent, et ita completos fecit ut omnia dimitterent propter ipsum, post tantam uirtutem et philosophiam, non poterant omnia portare ante christi tributionem, qualiter plebs iudaica, et intellectus in particeps, et a tanta uirtute deficiens, et ex contingente adueniens his que fiebant uel que dicebantur, quando non alienum ipsum esse ab uniuersorum deo didicissent nisi tanta condescensione per omnia usus esset? Propter hoc denique et quando sabbatum soluebat, non principaliter talem induxit legislationem, sed uarias et multas componit excusationes. Si autem unum mandatum quiescere facturus, tanta utitur uerborum dispensatione ut non turbet audientes, multo magis apponens integre legi integram aliam legislationem, multa indigebat constructione et cura, ut non in tumultuationem induceret, eos qui tunc audiebant. Propter hoc itaque neque de sua deitate ubique uidetur manifeste erudiens. Si enim legis appositio tantum eos tumultuabatur, multo magis deum seipsum enuntiare. Propter hoc multa defectiora sua dignitate loquitur. Et hic exiturus ad legis appositionem, multa preemendatione utitur. Neque enim semel dixit quoniam non soluo legem sed et secundo id rursus reassumpsit, et aliud apposuit maius. Dicens enim ne estimetis quoniam ueni soluere, induxit non ueni soluere sed implere. Hoc autem non iudeorum obstruit inuerecundiam solum, sed hereticorum sint hora dicentium ex diabolo esse uetus testamentum. Si enim dissoluere illius tyrannidem aduenisset christus, qualiter hanc non solum non dissoluit sed implet? Non enim solum dixit quoniam non soluo quamuis sufficeret hoc, sed quoniam et impleo, quod non solum non aduersantis erat, sed et applaudentis ei, et qualiter non soluit ait? Qualiter autem et compleuit uel legem uel prophetas? Prophetas quidem per quem operibus certificauit uniuersa que de ipso dicta fuerant. Ideoque secundum seipsum euangelista dixit, ut impleatur quod dictum est a propheta, et cum natus est, et cum pueri mirabilem hymnum cantabant ad ipsum, et cum super asinam sedit, et in aliis autem pluribus hoc idem compleuit. Que omnia non completa permansissent nisi aduenisset legem autem non uno solum, sed et secundo et tercio compleuit modo. Vno quidem, in nichil transgrediendo legalium. Quoniam enim uniuersam eam compleuit, audi quid ait iohanni, ita enim decens est nos complere omnem iustitiam, et iudeis dixit, quis ex uobis arguit me de peccato. Sed et discipulis rursus. Venit princeps mundi huius, et in me inuenit nichil. Sed et propheta antiquitus dixit, quoniam peccatum

Commented [EK7]: erudiendo *add. super lin.*

Commented [EK8]: curando *add. super lin.*

Commented [EK9]: in *add. super lin.*

Commented [EK10]: induendo *add. super lin.*

Commented [EK11]: uel nobis *add. super lin.*

Commented [CN12]: [fol.54rb]

Commented [CN13]: uel seorsum *add. super lin.*

Commented [CN14]: [fol.54va]

Commented [CN15]: uel perfectos *add. super lin.*

Commented [CN16]: spiritus *add. super lin.*

Commented [CN17]: christum *add. super lin.*

Commented [CN18]: uel primum *add. super lin.*

Commented [CN19]: uel probatione *add. super lin.*

Commented [CN20]: uel adiectio *add. super lin.*

Commented [CN21]: uel humiliora *add. super lin.*

Commented [CN22]: [fol.54vb]

Commented [CN23]: uel id quod *add. super lin.*

non fecit. Vno igitur eam impleuit hoc modo, **alio** autem, in faciendo hoc per nos. Quod enim mirabile est hoc est, quoniam non solum ipse compleuit, sed et nobis gratis dedit hoc. Quod paulus significans dixit, quoniam finis est legis christus. Ad iustitiam, omni credenti, sed et peccatum, ipsum dixit iudicare in carne, ut iustitia legis compleatur in nobis qui non secundum carnem ambulamus. Et rursus. Legem igitur otiosam facimus per fidem? Absit, sed legem constituimus. Quoniam enim lex hoc studebat, iustum facere hominem, non ualebat autem, ueniens ipse, et modum introducens iustitiae qui est per fidem, statuit legis uoluntatem. Et quod non potuit per litteras illa, hoc ipse per fidem complens. Propter hoc ait, non ueni soluere legem. Si autem aliquis diligenter scrutatus fuerit, et alium tertium modum inueniet, secundum quem hoc factum est. Qualem utique hunc? Eum qui future est legislationis, quam erat traditurus. Non enim destructio priorum, sed intentio et complectio erant que dicuntur. Non occidendi enim, non destructio est non irasci, sed completio, et plurium stabilitas, et aliorum uniuersorum. Ideoque semina horum premitens in suspicabiliter tunc qui manifestius futurus erat ex comparatione ueterum et nouorum legalium ob contrarietatem suspectus esse, preemendatione utitur, enigmatice quidem ea et iam summittebat per ea que dicta sunt. Beati enim **pauperes** hoc est non irasci, et beati mundo corde, non inspicere ad mulierem ad concupiscentiam. Et ad non thesaurizare uobis thesauros in terra, hoc idem beati misericordes concordat. Sed et lugere, et persequi, et exprobrari, equale est cum hoc, id est perstrictam portam intrare, et esurire, et sitire iustitiam, nichil aliud est quam illud quod postea ait, quoniam quecumque uultis ut faciant uobis homines et uos facite eis, et pacificum beatificans rursus, idem fere dixit, cum iussit dimittere munus et in **permutationem** studere eius qui tristatus est. Et hoc id est eunoin, id est bonam mentem habere aduersario. Sed illic quod premia diligentium posuit, hic autem non facientium penas. Ideoque illic quidem dixit. Quoniam mittes hereditabunt terram, hic autem stultum uocans fratrem suum, debitor erit gehennae ignis. Et illic quidem quoniam deum uidebunt puri corde, hic autem quoniam adulter est **completus**, qui incontinenter uidet. Et pacificos filios dei uocans illic, hic aliter terret dicens. Nequando te tradat aduersario iudici. Ita et lugentes et persequutionem patientes beatificans in anterioribus, in posterioribus hoc idem construens, perditionem minatur his qui non hanc incedunt uiam. Qui enim perlatam uadunt ait, illic uertuntur. Et non posse deo seruire et mamnone, equale esse michi **uidetur** huic, id est beati misericordes et esurientes iustitiam. Hec quod dixi, quoniam erat altius ea dicturus, et non altius solum, sed et ampliora his que dicta sunt appositurus. Rursus, non adhuc enim misericordem querit solum, sed et a tunica absistere iubet, neque mitem simpliciter, sed et alteram maxillam uertere, uolenti alapis cedere, uisam esse oppositionem primitus destruit. Propter hoc denique quod dixi neque semel hoc dixit sed et secundo. Dicens enim ne estimetis quoniam ueni soluere, induxit non ueni soluere. Amen enim dico uobis, si transierit celum et terra, iota unum aut unus apex, non transibit legis, donec omnia fient. Quod autem dicit tale est, inmachinabile est imperfectissimum manere, sed et quod breuissimum est eius, impleri oportet. Quod ipse fecit cum diligentia uniuersa, ipsam complens. Sic autem nobis enigmatice insinuat, quod et mundus uniuersus transformatur, et non simpliciter id posuit, sed ut extollat auditorem, et montret iuste aliter inducens urbanitatem, si tamen et creatura uniuersa transformabitur, et hominum genus ad alteram uocabitur patriam, et uitae preparationem excelsiorem. Quicumque igitur soluerit unum mandatorum horum minimorum, et docebit ita homines, minimus uocabitur in regno celorum. Postquam enim **eripuit** seipsum a pernitiosa suspitione, et eos qui uolebant contradicere obstruxit, tunc iam et terret, et minas ponit

Commented [CN24]: [fol.55ra]

Commented [CN25]: [fol.55rb]

Commented [CN26]: uel reconciliationem *add. super lin.*

Commented [CN27]: uel perfectus *add. super lin.*

Commented [CN28]: [fol.55va]

Commented [CN29]: [fol.55vb]

maximas, pro futura legislatione. Quoniam enim non pro ueteribus legibus hoc dixit, sed pro his que ipse erat in legislationem ducturus, audi ea que sunt deinceps. Si non superhabundauerit iustitia uestra plus scribis et phariseis, non intrabitis in regnum celorum. Si autem de ueteribus minaretur legibus, qualiter dixit si non superhabundauerit? Eos enim qui eadem faciebant, que faciebant illi, non erat superhabundare, secundum iustitie rationem. Sed qualis erat hec superhabundatio, non irasci, neque inspicere ad mulierem incontinenter. Cur igitur minima ea uocauit, quamuis ita magna et excelsa existentia? Quoniam ipse legislationem introducturus erat. Quemadmodum enim seipsum humiliavit, et moderata multis in locis de seipso loquitur, ita et de ipsa legislatione. Et erudiens nos et in hoc, ubique moderata sapere. Et aliter, quoniam noue incisionis uidebatur quedam suspitio esse, disseminate interim utitur sermone. Cum autem audieris minimum in regno celorum, nichil aliud suspicare, quam gehennam et supplicium. Regnum autem nouit, non usum solum dicere, sed et tempus resurrectionis, sed et presentiam illam terribilem. Quoniam qualiter utique haberet rationem eum quidem qui dicit fratrem stultum, et unum transgreditur mandatum. In gehennam incidere, eum autem qui uniuersa soluit, et alios in hoc inducit in regno esse? Non igitur hoc ait, sed quoniam in illo tempore minimus uocabitur abiectus, ultimus est. Qui autem ultimus est omnino in gehennam tunc incidet. Etenim deus qui preuidit multorum desidiam, et quod quidam superhabundantie solius sunt estmaturi esse que dicta sunt, et silogizaturi leges et dicturi. Si igitur aliquis stultum uocauerit punietur. Si igitur uiderit aliquis simpliciter mechus fit, ideo utique hanc antea destruens pigritiam, minas posuit maximas alterutrisque et transgredientibus et alios in hoc inducentibus. Scientes itaque has minas, neque ipsi transgrediamur, neque eos qui uolunt hec custodire dissoluamus. Quicumque igitur fecerit et docuerit ait, magnus uocabitur. Non enim nobis ipsis oportet utiles esse, sed et aliis. Etenim equalis est merces ei qui seipsum dirigit, et ei qui secum et alium apponit. Quemadmodum enim docere, sine facere, iudicat docentem, docens enim ait alium teipsum non doces, ita facere quod aliis autem non annuntiare, minorat mercedem. Oportet igitur in alterutris summum esse. Et primum, seipsum dirigentem, ita et ad aliorum exire curam. Propter hoc enim, et ipse actionem ante doctrinam posuit. Monstrans quoniam ita, maxime aliquis docere poterit, aliter autem nequaquam. Audi enim, medice cura teipsum. Qui enim seipsum docere non potest, et alios temptat dirigere, multos habebit commedice eum exprobrantes, magis autem neque docere hic talis poterit, rebus ipsis contradicentibus ei. Si autem alterutrinque completus fuerit, magnus uocabitur in regno celorum. Dico enim uobis nisi superhabundauerit iustitia uestra, plusquam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Hic iustitiam, omnem uirtute dicit, quemadmodum et de iob disputans dixit. Et erat homo sine querela iustus. Secundum hoc significatum et paulus, iustum illum uocauit, cui neque legem iacere dixit. Iusto enim lex non iacet ait, sed et multis in locis alias hoc nomen, de uniuersali uirtute iacens, inueniet aliquis. Tu autem michi intende gratie aditamentum, ubi discipulos rudes, magistris qui inuenti testamento erant, meliore esse uult. Scribarum enim hic, et phariseorum, non simpliciter dixit iniquorum. Non enim nisi direxissent, habere dixisset iustitiam. Neque utique eam que non erat, comparasset ei que erat. Vide autem et hic qualiter constare facit uetus testamentum, comparationem faciens huius ad illud. Quod monstrat homo filon, id est eiusdem tribus id existens et cognatum. Plus enim et minus, eiusdem generis est. Non igitur detrahit ueteri testamento, sed intendere id uult. Si autem esse pernitiosi, non utique id quod plus est, quesisset. Neque utique id direxisset sed expulisset, et qualiter si tale ait est, in regnum non inducit nunc?

Commented [CN30]: aduentum *add. super lin.*

Commented [CN31]: [fol.56ra]

Commented [CN32]: [fol.56rb]

Commented [CN33]: emendantem *add. super lin.*

Commented [CN34]: corrigiere *add. super lin.*

Commented [CN35]: uel ponere *add. super lin.*

Commented [CN36]: uel posita est *add. super lin.*

Commented [CN37]: uel positum *add. super lin.*

Commented [CN38]: [fol.56va]

Commented [CN39]: statuit *add. super lin.*

Commented [CN40]: nouo *add. super lin.*

Commented [CN41]: uel cor *add. super lin.*

Commented [CN42]: uetus testamenta *add. super lin.*

Non inducit eos qui post christi presentiam, urbanitate fruuntur, ceu ampliori uirtute potitos, et maiores debentes agones subire, quoniam suos alumpnos inducit uniuersos. Etenim multi ab oriente et occidente uenient ait, et requiescent in sinibus abraham, et isaac, et iacob, sed et lazarus magnis potiens premiis, in illius sinibus uidetur consistens, et omnes quicumque cum superhabundantia fulserunt in ueteri testamento, per **id** fulserunt uniuersi. Sed et christus si pernitiosum quiddam esset et alienum, non utique ipsum ueniens complexisset uniuersum. Si enim ut iudeos attraheret hoc faciebat solum, et non ut monstret cognatum hoc existens nouo testamento et conueniens, cur et legalia et consuetudines grecorum complebat ut grecos attraheret? Quare undique manifestum, quoniam non quia pernitiosum est non inducit, sed quia maiorum mandatorum est tempus. Si autem imperfectius est, nouo testamento neque hoc monstrat **id** pernitiosum. Quoniam secundum hoc, et nouum testamentum idem patietur. Etenim huius cognitio ad futurum comparata particularis quedam est, et imperfecta, et euacuatur illo ueniente. Cum uenerit enim ait quod perfectum est, tunc quod ex parte est, euacuabitur quod passum est, uetus testamentum a nouo. Sed non propter hoc ei detrahimus, quamuis et hoc abscedit cum regno potiamur. Tunc enim quod ex parte est, euacuabitur ait, sed tamen magnum id esse aimus. Quoniam igitur et maiora sunt premia et amplior est uirtus que est a spiritu, decenter et maiora expetit charismata. Non est enim terra fluens lac et mel, neque senectus pinguis, neque propagatio filiorum, neque frumentum et uinum et ouilia et **bucolia**, sed celum et que in celis sunt bona, et adoptio et fraternitas que est ad unigenitum et communicatio hereditatis, et glorificari, et conregnare, et decem milia premia illa. Quoniam autem et ampliori auxilio potitum est, audi paulum dicentem. Nulla ergo condempnatio est, nunc his qui in christo ihesu non secundum carnem ambulat, sed secundum spiritum. Lex enim spiritus uite, liberauit me a lege peccati et mortis. Minans igitur **transredientibus** et magna premia ponens dirigentibus et monstrans quod iuste a nobis amplius expetit prioribus mensuris, incipit iam legislationem, non simpliciter sed secundum comparisonem ueterum legalium. Duo hoc monstrare uolens, et quod non impugnans priora, sed et ualde concordans, hec in legislationem deducit, et quod decenter, et ualde oportune, hec secunda illis apposuit, quod ut et manifestius fiat, ipsa audiamus legislatoris uerba. Quod igitur ipse ait. Audistis quoniam dictum est antiquis, non occides. Quamuis et qui illa dedit, ipse est, sed interim in personaliter ipsa ponit. Siue enim dixisset quoniam audistis quoniam dixi antiquis, difficile susceptibile, sermo efficeretur, et omnibus utique obstitisset audientibus, siue rursus dicens quoniam audistis, quoniam dictum est antiquis a patre meo induxisset, ego autem dico uobis, maior utique uideretur esse inportunitas. Ideoque simpliciter id posuit, unum solum **ab** eo instruens, monstrare quoniam in tempus decens uenit hec dicens. Dicere enim quoniam dictum est antiquis, montrauit multum tempus ex quo mandatum hoc acceperunt, hoc autem fecit ut prouocet auditorem tardantem ad excelsiora exire precepta, ceu magister puero pigritanti dico. Non nouisti quantum consumpsisti tempus sillabas meditans? Hoc utique et ipse enigmatice insinuans nomine antiquorum, inuocat iam eos ad excelsiores doctrinas, acsi diceret, sufficiens habetis tempus hec meditantes, et oportet iam ad altiora his festinare. Melius autem et non confundere ordinem mandatorum, sed a primo incipere primum, et hoc monstrantis est consonantiam. Ego autem dico uobis quoniam qui irascitur fratri suo inaniter, debitor est iudicio. Vides potestatem **completam**? Vides predicationem legislatorem decentem? Quis enim prophetarum ita umquam loquuntur est, quis iustorum, quis patriarcharum? Nullus. Sed hec dicit dominus, sed non filius ita. Illi enim quae dominatoris erant, annuntiabant, hic autem quae patris.

Commented [CN43]: uetus add. super lin.

Commented [CN44]: Id est boum armentum add. super lin.

Commented [CN45]: [fol.57ra]

Commented [CN46]: ex add. super lin.

Commented [CN47]: uel perfectam add. super lin.

Cum autem dico que patris sunt, quae eius sunt dico. Mea enim ait, tua sunt, et tua mea, et hii quidem conseruis, hic autem suis seruis legislationem faciebat. Interrogemus igitur adhuc, eos qui legem expellunt, non irasci ad non occidendum contrarium est, uel magis perfectio illius hoc, et instructio est? Manifestum quoniam hoc illius est completio, et maius huius gracia. Qui enim ad iram non effertur, multo magis manus detinebit apud seipsum. Radix enim occisionis est ira, qui igitur radicem abscidit, multo magis destruet ramos. Magis autem neque plantari in principio sinet. Itaque non in destructione legis, sed in ampliorem custodiam hec in legislationem ducebat. Si enim lex uolens hec iussit, nonne ut nullus occidat proximum? Itaque inpugnantis legem, iubere occidere erat. Ad occidendum enim non occidere contrarium est. Si autem non irasci iniungit, quod lex uolebat, hoc magis stauit. Non enim similiter adheret occisioni qui meditatur non occidere, ei qui et iram destruit. Longius enim hic stetit ab hac audacia, ut autem et aliter eos capiamus, in medium uniuersa que dicunt inducamus. Que igitur sunt que dicit? Quoniam qui mundum fecit deus, qui solem oriri facit super pernitiosos et bonos, qui pluit super iustos et iniustos, pernitiosus quidam est. Qui autem ceu mansuetiores sunt eorum, hoc quidem rennuunt, iustum autem ipsum dicentes esse, priuant abesse bonum. Alterum autem eum qui non est, neque fecit aliquid eorum que sunt, patrem dant christo, et hunc non bonum sed iustum, in suis manere, et sua conseruare aiunt. Hunc autem bonum, aliena concupiscere, et quorum non factus est conditor, horum repente uelle effici saluatorem. Vides diaboli filios, qualiter de fonte patris loquuntur, alienantes a deo creationem? Iohanne clamante quoniam in propria uenit, et mundus per ipsum factus est. Deinde legem scrutantes, que est in ueteri testamento, que iubet oculum pro oculo, et dente pro dente eruere, superueniunt confestim dicentes. Et qualiter utique poterit bonus esse, qui hec dicit? Quid igitur ad hec aimus? Quoniam maxima species filantropiae id est amoris hominum hoc est. Non enim ut ad inuicem abscidamus oculos hanc posuit legem, sed ut timore non patiendi ab aliis, secedamus a non faciendo aliquid tale aliis. Quemadmodum enim nineuitis minatus est eursionem, non ut eos destruat. Si enim hoc uolebat, silere oportebat, sed ut timore meliores fatiens, quiescere faciat iram, ita et his qui parate insilabant aliorum oculis, penam posuit, ut autem si ex electione bona noluit absistere a crudelitate, a timore prohibeantur obesse proximorum uisibus. Si autem illud crudelitas est, et detinere homicidam et prohibere adulterum. Sed amentium hec sunt uerba, et ultima insanientium furiositate. Ego enim in tantum deficio hec crudelitatis esse dicere, ut contraria his, dicam esse iniqua, secundum humanam excogitatem. Tu enim dicis quoniam idcirco quod oculum pro oculo iussit, propter hoc crudelis est. Ego autem dico, quoniam nisi hoc iussisset tunc utique uideretur apud multos, esse quod tu dicis. Ponamus enim sermone solutam esse legem uniuersam, et nullum penam que est, ex hac formidare, sed licere pernitiosis uniuersis, cum otio uniuerso suis uti modis et adulteris et homicidis et furibus et periuris et patricidis. Nonne uniuersa confusa sunt et decem milibus contagionibus et occisionibus ciuitates et domos et fora et terra et mare et omnis repletus est orbis terrarum? Omni homini ubique manifestum est. Si enim legibus existentibus et timore et minis uir pernitiosa detinentur consilia, si et hec destructa esset stabilitas, quid esset prohibens malitiam eligere? Quanta autem non utique uegetaretur in humana uitam iactura? Neque enim hoc crudelitatis solum, id est concedere malis qui uolunt facere, sed et aliud non minus hoc id est iniusta facientem quidem nichil, male autem patientem, inaniter et uane despiciere inprouisum. Dic enim michi, si quis homines infestos, undique congregans, et ensibus armans iusserit secundum ciuitatem omnem circumambulare, et obuiantes occidere uniuersos, nunquid esset

Commented [CN48]: uel hac de causa add. super lin.

Commented [CN49]: [fol.57va]

Commented [CN50]: id est alterum add. super lin.

Commented [CN51]: [fol.57vb]

Commented [CN52]: uel consilio add. super lin.

Commented [CN53]: crudele est add. super lin.

Commented [CN54]: uel absisto add. super lin.

Commented [CN55]: [fol.58ra]; id est concessione add. super lin.

Commented [CN56]: scilicet pati add. super lin.

Commented [CN57]: perniciosos add. super lin.

aliquid hoc ferocius? Quid autem si quis alius eos quidem qui ab illo armati sunt ligasset et cohercuisset cum uehementia uniuersa, eos autem qui debebant occidi, ab iniquis manibus illis eripuisset, nunquid esset aliquid magis hoc filantropie id est amoris hominum proprium? Hec itaque ad legem transpone exempla. Qui enim iubet oculum pro oculo effodere, uelut quedam uincula fortia, timorem pernitiosorum immisit animabus et illi assimilatur qui gladiatores illos cohercuit. Qui autem nullam penam eis posuit, ceu armat iniustitia, et illum imitatur qui tribuit eis gladios, et aduersus totam dimisit ciuitatem. Vide qualiter non solum crudelitatis, sed et multae filantropias id est amoris hominum, sunt hec precepta. Si autem grauem propter hec uocas legislatorem et onerosum, quale laboriosius est, dic michi et grauius, non occidere, uel non irasci. Quis est uehementior, qui occisionis uindictas expetit, uel qui ire? qui adulterum post actum summittit pene, uel qui et concupiscentiae ipsius iubet uindictas dare et uindictas immortales? Videte quoniam in contrarium eis sermo uersus est, et qui ueteris quidem testamenti est deus, quem aiunt crudelem esse, inuenietur mansuetus et mitis. Qui autem noui quem bonum confitentur, onerosus et grauis secundum illorum amentiam. Nos enim unum et idem aimus alterutrorum testamentorum legislatorem, ad quod oportet omnia dispensantem, et temporum differentiae, differentiam alterutrius legislationis ad aptantem. Itaque neque illa crudelia sunt precepta, neque hec tristia et onerosa, sed unius et eiuem procuracionis, sunt uniuersa. Quoniam enim et uetus testamentum ipse dedit, audi quid ait propheta, disponam uobis ait testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus uestris. Si autem non recipit hec, qui his que manicheorum sunt egrotat, audiat paulum dicentem hoc idem rursus. Abraham duos filios habuit, unum ex ancilla et unum de libera, hee autem sunt duo testamenta. Sicut igitur illic diuersae quidem sunt mulieres, unus autem uir, ita et hic duo quidem sunt testamenta, unus autem legislator. Et ut discas hoc quoniam unus et eiusdem mansuetudinis fuit, et illic quidem ait, oculum pro oculo, hic autem si quis te alapis ceciderit in dexteram maxillam, uerte ei et aliam. Sicut enim illic timore passionis sobrium facit iniqua facientem, ita et hic. Et qualiter ait qui iubet ei et aliam prebere? Et quid hoc? Non enim timorem dissoluens hoc iniunxit, sed ei iubens prebere se omni repleri. Neque dixit quod impunitur ille manet, sed tu ne punias. Simul et percutientem magis terrens imminentem, et percussum mitigans. Sed hec quidem ut intransitu, de omnibus mandatis a nobis dicta sunt. Necesse autem ad id quod preiacet uenire, et consequentiam tenere eorum que ante dicta sunt. Qui irascitur fratri suo inaniter, debitor erit iudicio ait. Non enim omnino hoc destruxit. Primum quidem quod non est hominem existentem a passionibus erui, sed retinere quidem possibile est. Extra eas autem omnino esse inmachinabile, deinde quoniam et utilis est huius passio, si cum decenti tempore uti ea nouimus. Intende itaque qualia operatus est bona, pauli ira, que aduersus chorinthios tunc facta est. Etenim et illos a magna iactura eruit, et galatharum gentem excidentem, hac rursus recreauit, et alios plures his. Quod igitur decens est ire tempus? Cum non nosipsos defendimus, sed alios saltantes retineamus, uel pigritantes conuertamus. Quod autem est non decens tempus? Cum nosipsos uindicantes hoc faciamus. Quod denique et paulus comedice dixit, non uosipsos uindicantes dilecti, sed date locum ire. Cum de pecuniis pugnemus, etenim et hoc destruxit dicens. Propter quid non magis iniustitiam patimini? Propter quid non magis priuamini? Sicut enim ipsa superflua est, ita et illa necessaria et utilis. Sed multi contrarium faciunt, feroces facti cum iniqua patiuntur. Dissoluti autem et mollificati, cum alium uexatum uiderint. Que utraque contraria sunt legibus euangelicis. Non igitur irasci iniquum est, sed intemporeanee hoc facere. Propter hoc et propheta dixit.

Commented [CN58]: [fol.58rb]

Commented [CN59]: uel affectationis *add. super lin.*

Commented [CN60]: [fol.58va]

Commented [CN61]: uel toto *add. super lin.*

Commented [CN62]: uel sanari *add. super lin.*

Commented [CN63]: [fol.58rb]; id est sententie *add. super lin.*

Commented [CN64]: irasci *add. super lin.*

Commented [CN65]: uel tardamus *add. super lin.*

Commented [CN66]: id est iniuriouse *add. super lin.*

Commented [CN67]: ira *add. super lin.*

Commented [CN68]: [fol.59ra]

Irascimini et non peccate. Quicumque autem dixerit fratri suo racca, debitor erit concilio. Concilium hic, iudicium iudeorum ait, posuit autem id nunc, ut non ubique uideatur, aliena dicere, et noua inducere. Racca autem hoc non magne contumelie est uerbum, sed et magis contemptus et paruipensionis eius qui dicit. Sicut enim nos uel famulis uel quibusdam minorum iniungentes dicimus uade tu, dic illi tu, ita et qui sirorum utuntur lingua, racca dicunt pro tu hoc ponentes, philanthropos autem deus id est amator hominum, et que paruissima sunt euellit, decenter nos uti nobis inuicem iubens, et cum decenti honore, et ut per hec, et ea que maiora sunt destruat. Quicumque autem dixerit stulte, debitor erit in gehennam ignis. Multis hec grauis et onerosa uidetur esse iniunctio, si tamen uerbi nudi tantam sumus daturi uindictam. Et quidam id et hyperbolice id est superhabundantur, magis dictum esse aiunt. Sed timeo ne uerbis nosmetipsos hic decipientes, operibus illic ultimum sustineamus supplicium. Propter quid enim dic michi onerosum esse estimas hoc preceptum? Non nouisti quod plures penarum et peccatorum a uerbis habent principium? Etenim blasphemie per uerba sunt, et negationes per uerba, et contumelie, et conuitia, et periuria, et falsum testimonium. Ne igitur quoniam uerbum est nudum inspicias, sed si multum habet periculum hoc inuestiga. Aut ignoras quoniam inimicie tempore, ira accensa, et anima ardente, et quod minimum est magnum apparet, et quod non ualde est, iniuriosum onerosum esse uidetur, et multotiens parua hec, et occisionem pepererunt, et ciuitates integras euerterunt? Sicut enim amicitia existente, et que onerosa sunt leuia, ita inimicitia subiacente, et que parua sunt inportabilia apparent, etsi simpliciter dicantur, cum pernitiosa suspitione, dicta esse estimantur. Et quemadmodum in igne, siquidem parum scintillet, etsi decem milia adiaceant ligna non facile ea occupat, si autem uehemens et alta generetur flamma, non ligna solum sed et lapides, et omnem facile incidentem materiem adipiscitur, et per que assueuit extinguere per hec accenditur magis, quidam enim aiunt, quod tunc non ligna solum et stuppa et alia combustiua, sed et a qua proiecta magis eius flabellat uirtutem, sic utque et in ira quodcumque loquetur aliquis, esca factum est, confestim pernitiosi illi pire. Que uniuersa, antea comprimens christus, eum quidem qui irascitur inaniter condempnauit iudicio. Eum autem qui dicit racca, concilio. Sed nondum hec magna sunt, hic enim sunt hee pene, propterea ei qui stultum nominat, gehenne apposuit ignem. Nunc primum gehenne nomen dicens, prius enim de regno multa disputans, tunc huius meminit. Monstrans quod illud quidem suae philanthropie id est amoris hominum et consilii est, hec autem nostre desidiie. Et uide qualiter paulatim procedit in penis, quasi respondens tibi, et monstrans quoniam ipse quidem nichil uult tale minari. Nos autem ipsum ad tales trahimus enuntiationes. Intende enim dixi ait, ne irascaris inaniter quoniam debitor es. Contempsisti quod prius est, uide quid peperit ira, in contumeliam confestim eduxit. Racha enim uocasti fratrem, rursus posui aliam penam, concilium. Si et hanc despiciens ad id quod difficilium est, processeris, non amplius te moderatis his puniam, sed gehennae immortalis supplicio. Vt non iam et ad occisionem resiliat. Non enim est aliquid contumelia molestius, et quod maxime potest mordere hominis animam. Cum autem et ipsum uerbum contumelie magis percussibile fuerit, duplex fit pyra. Ne igitur quodlibet uile esse estimes, uocare stultum. Cum id quo ab irrationalibus distamus, et quo maxime sumus homines, intellectu et prudentia, auferras fratri omni eum priuans nobilitate. Ne uerbis utique simpliciter intendamus, sed ad res ipsas et pssionem uenientes, excogitemus quantam operatur uerbum hoc plagam, et in quantum procedit malum. Propterea et paulus non adulteros solum, et molles, sed et iniuriatores a regno expulit, et ualde decenter. Conuinciator enim pacis bono nocet, et decem

Commented [CN69]: [fol.59rb]

Commented [CN70]: accendit add. super lin.

Commented [CN71]: id est sententie add. super lin.

Commented [CN72]: [fol.59va]

Commented [CN73]: regnum add. super lin.

Commented [CN74]: percutiens add. super lin.

Commented [CN75]: [fol.59vb]

Commented [CN76]: uel amoris add. super lin.

milibus circuminmittit proximum malis, et continuas inimicicias operatur, et christi euellit membra, et deo dilectam pacem assidue abigit, multam diabolo per contumelias dans spaciositatem et forciozem illum faciens. Ideoque christus neruos illius uirtutis abscondens, hanc legem induxit. Etenim multus ei erat amoris sermo, bonorum enim uniuersorum mater, et discipulorum cognitio, et qui omnia continet que secundum nos sunt, ipse maxime omnibus est. Decenter igitur radices et fontes odii nocentis ei, cum multa destruit uehementia. Ne igitur superhabundantiae alicuius esse estima, ea que dicuntur, sed excogitans ea que ab ipsis emendantur, mirare legum harum mansuetudinem. Nichil enim deo studiosissimum, ut uniri et complari nos ad inuicem. Ideoque per seipsum et per discipulos suos, et qui in nouo et qui in ueteri fuerunt testamento, multum pro mandato hoc facit sermonem, et uehemens uindicator et punitor est huius contemptorum. Etenim nichil ita malitiam omnem inducit et radicat, ut amoris destructio. Propterea dixit cum habundauerit iniquitas, frigescet amor multorum. Ita cayn fratris occisor factus est, ita esau, ita ioseph fratris, ita decem milia uegetata sunt mala, hoc euulso. Propterea et ipse que noceret huic, cum multa undique destruit diligentia, et neque usque ad ea que dicta sunt stat solum, sed et alia ampliora his que dicta sunt inducit, per que monstrat, quantam eius facit curam. Cum minatus enim esset per concilium, per iudicium, per gehennam, induxit rursus alia consona prioribus ita dicens. Si afferes munus tuum ad altare, et illic memineris quoniam frater tuus habet aliquid aduersum te, dimitte munus tuum ante altare, et abi primum commutare fratri tuo, et tunc ueniens, affer munus tuum. O de bonitate, o de superhabundanti philanthropia id est amore hominum, honorem qui ad ipsum est contempnit, pro amore qui est ad proximum, monstrans quod neque priora que minatus est, ex odio aliquo neque desiderio punitionis minatus est, sed ex dilectione multa. Quid enim utique fiet his uerbis mansuetius? Incidatur ait mea cultura, ut tuus amor maneat. Quoniam et hoc est hostia, ad fratrem reconciliatio. Propterea enim non dixit, postquam obtulisti uel antequam offeras, sed ipso munere iacente et sacrificio principium accipiente, mittit reconciliaturum fratri, et neque te accipiente ea que preiacent, neque antequam apponas, sed in medio iacentibus iubet currere illuc. Cur itaque sic iubet hoc facere, et propter quid? Duo hec ut michi uidetur, per hec enigmatische insinuans et construens. Vnum quidem, quod dixi, monstrare uolens, quod magni appreciatur amorem, et hunc maximam existimans esse hostiam, et sine hoc neque illam assumit, aliud autem necessitatem imponens inuitabilem reconciliationis, qui enim iussus est non prius offerre donec permitetur, etsi non propter amorem qui est ad proximum, saltem ut non iaceat in perfectum festinabit currere, ad contristatum et soluere inimicitiam. Propter hoc enuntiatue omnia dixit, terrens eum et erigens, dicens enim dimitte munus tuum, non stetit usque ad hoc, sed induxit ante altare, et a loco rursus in terrorem ipsum immittens et abi et non simpliciter dixit abi, sed apposuit primum, et tunc ueniens offer munus tuum. Per omnia hec monstrans quod non suscipit eos qui odiose ad inuicem se habent, hec mensa. Audiant docti quicumque cum inimicitia adueniunt. Audiant indocti. Etenim et ad hos habet quid commune sermo. Aducent enim et ipsi munus et hostiam orationem dico et helemosinam. Quoniam enim et hoc est hostia, audi quid ait propheta, hostia laudis glorificabit te, et rursus. Sacrifica deo hostiam laudis, et heleuationes manuum mearum hostia est uespertina, quare? etsi orationem cum tali consilio attuleris, melius est, dimittere orationem et ad permutationem uenire fratris, et tunc orationem offerre. Propter hoc enim, omnia facta sunt, propter hoc et deus homo effectus est, et omnia illa negotiatus est, ut nos congreget. Sic igitur iniusta facientem, mittit ad iniusta patientem. In

Commented [CN77]: uel cura add. super lin.

Commented [CN78]: amor add. super lin.

Commented [CN79]: uel signum add. super lin.

Commented [CN80]: amor add. super lin.

Commented [CN81]: amori add. super lin.

Commented [CN82]: [fol.60ra]

Commented [CN83]: uel curam add. super lin.

Commented [CN84]: amore add. super lin.

Commented [CN85]: ea add. super lin.

Commented [CN86]: uel re conciliare add. super lin.

Commented [CN87]: [fol.60rb]

Commented [CN88]: munera add. super lin.

Commented [CN89]: uel reconcilietur add. super lin.

Commented [CN90]: ostensiuē add. super lin.

Commented [CN91]: altare add. super lin.

oratione autem, iniusta patientem ducit ad iniusta facientem, et permutat. Illic enim ait, dimittite hominibus debita eorum, hic autem si habet aliquid aduersum te, abi ad ipsum, magis autem et hic michi uidetur iniusta patientem mittere. Propterea neque dixit permuta te ipsum fratri tuo, sed permutate, et uidetur quidem pro contristante esse quod dicitur, sed totum pro contristato est. Si enim illi permutaberis ait, per amorem qui est in illum, et me habebis propitium, et cum multa libera propalatione, poteris hostiam offerre. Si autem inflammatus est adhuc, unum intellige, quoniam et ego libenter mea contempni iubeo, ut uos amici effitiamini, et hec tibi sumpto mitigatio ire. Et non dixit cum magna iniusta passus fueris, tunc permutare, sed etsi quodlibet habuerit aduersum te. Et non apposuit siue iuste siue iniuste. Sed simpliciter si habuerit aliquid aduersum te. Etsi enim iuste, neque ita intensam habere oportet inimicitiam. Quoniam et christus iuste nobis irascebatur. Sed tamen seipsum pro nobis tradidit in occisionem, non reputans illa peccata. Propterea et paulus alio modo ad permutationes incitans nos dixit. Sol non occidat super iracundiam uestram. Quemadmodum enim hinc ab hostia christus, ita a die illic compellit adhuc ipsum paulus. Etenim formidauit noctem ne quando solum assumens uulneratum, maius ulcus operetur. Indie enim multi circum euellentes et retrahentes, in nocte autem, cum solus fuerit et secundum seipsum reputabitur, tument unde, et maior tempestas fit. Propterea igitur preassumens paulus, permutatum uult tradere nocti, ut nullam a solitudine occasionem habeat iam diabolus in accendendo caminum ire et in faciendo uehementiorem. Ita et christus non dimittit neque parum supponere, ut ne hostia completa, pigrior qui talis est, efficiatur, de die in diem retardans. Nouit enim passionem hanc multa indigere uelocitate. Et quemadmodum sapiens medicus, non solum precustoditiua corporum ponit, sed et emendatiua, ita et hic facit. Prohibere enim uocare stultum, precustoditiuum est, inimicitiae. Iubere autem permutari, destructiuum est egritudinum, que post inimicitiam nascuntur. Et inde qualiter alterutrum cum uehementia iacet. Illic enim gehennam minatus est, hic autem munus non suscipit ante permutationem. Multam demonstrans iram, et per omnia hec, et radicem et fructum destruens, et primum quidem ait, non irascere, postea autem non conuitiare. Etenim utraque hac abinuicem augentur, ab inimicitia conuitium, a conuitio inimicitia. Propterea nunc quidem radicem, nunc autem fructum sanat. Prohibens quidem et oriri malum in principio. Si autem germinauerit, et fructum attulerit qui est pessimus, undique ipsum magis comburit, propterea et iudicium dicens, et concilium et gehennam, et de sua hostia disputans, et alia apponit ita rursus dicens. Sis eunoon id est bonam mentem habens aduersario tuo, uelociter quo usque fueris in uia cum ipso. Vt enim ne dicas quid igitur si iniusta patiar, quid igitur si rapiar, et in iudicium attrahar, et hanc destruxit occasionem, et excusationem. Iubet enim neque ita inimicari, deinde quoniam magnum fuerat hoc preceptum, a presentibus facit consilium, que crossiores futuris magis detinere assuerunt. Quid igitur dicis ait? Quoniam potentior est et iniusta michi facit. Itaque magis tibi iniusta faciet, si non dissolueris, sed cogaris in iudicium uenire. Tunc enim a pecuniis absistens, corpus habebis liberum. Sub sententiam autem iudicis deueniens in uinculis detruderis, et ultimam dabis uindictam. Si autem effugeris inimicitiam que illic est duo fructificabis bona, et nichil pati turpe, et tuam effectam esse iam directionem, et non amplius uiolentiae illius. Si autem nolueris credere his que dicuntur, non illi iniusta facis tantum quantum tibi ipsi. Vide autem et hic qualiter eum incitat, dicens enim, sis eunoon, id est bonam mentem habens aduersario tuo induxit uelociter, et non suffecit in hoc, sed et huius uelocitatis, aliam quesuit intensionem dicens, quousque fueris in uia cum ipso, per hec impellens eum, et incitans cum multa uehementia. Nichil enim ita uitam euertit nostram, ut

Commented [CN92]: dominica add. super lin.

Commented [CN93]: uel reconciliatur add. super lin.

Commented [CN94]: [fol.60vb]

Commented [CN95]: intendere add. super lin.

Commented [CN96]: uel in add. super lin.

Commented [CN97]: uel preueniens add. super lin.

Commented [CN98]: [fol.61ra]; uel tardare add. super lin.

Commented [CN99]: [fol.61rb]

Commented [CN100]: inimicitiam add. super lin.

Commented [CN101]: liber add. super lin.

Commented [CN102]: uel effici

Commented [CN103]: correctionem add. super lin.

Commented [CN104]: [fol.61va]

tardare et protelare in bonorum operatione. Multotiens nempe hoc, et cadere nos ex toto fecit, quemadmodum et paulus ait, antequam sol occidat, solue inimicitiam et in anterioribus ipse, antequam oblatio compleatur **permutare**. Ita et hic ait, uelociter quo usque es in uia cum ipso, antequam ad hostia uenias iudicii, antequam tribunali assistas, et fiat iam sub iudicis potestate, ante ingressum enim omnia in te sunt. Si autem intraueris hostia illa, neque uehementer festinans poteris que secundum teipsum sunt, ut uolueris disponere, sub alterius factus coactionem. Quid autem est eunoi id est bonam habe, uel hoc est ait, acceptum habe magis iniusta pati, uel ita, discerne in causa ceu **illius** uicem gerens ut non amore tui ipsius iustitiam corrumpas, sed uelut de proprio de alieno consilians, hac proferas sententiam. Si autem magnum est hoc ne mireris. Propter hoc enim uniuersas illas posuit beatitudines, ut preliniens et preparans auditoris animam, aptiorem faciat ad susceptionem uniuersae huius legislationis. Quidam igitur diabolus ipsum, enigmatice insinuari aiunt, aduersarii nuncupatione, et iuberi nichil habere eorum quae illius sunt. Hoc enim est eunoin id est bonam mentem habere ei. Et hoc in uia quasi non possibile dissolui post **ereptionem** que huic est ab ineuitabili supplicio iam nos suscipiente. Michi autem de iudicibus qui hic sunt iudetur dicere, et de uia que ad hoc inditium et de carcere isto. Vbi enim ab excelsioribus et futuris conuertit, et a presentibus inducit auditorem, puta ut cum abducens a malitia, principem armatum monstrat malignanti, ita dicens. Si autem malum feceris, time. Non enim inaniter gladium fert, dei enim iudex est, et rursus subiectum esse iubens eum, non dei timorem ponit solum, sed et minas illius, et affectionem, necesse enim subici, non solum propter iram, sed et propter conscientiam. Irrationabiliores enim ut dixi, hoc magis assueuerunt **dirigere** que apparent, et que sunt ante oculos. Ideoque christus non gehenne solum meminit, sed et iudicii, et inductionis, et carceris, et uniuersae miseriae quae illic est per hec omnia, radices destruens occisionis. Qui enim neque conuertiatur, neque ad iudicium **ducitur**, neque inimicitiam extendit, qualiter occidet umquam? quare et hinc manifestum est, quod in eo quod confert proximo, **facet** id quod nobis confert. Qui enim aduersario eunoi id est **bonam** mentem habet, multo magis sibi ipsi proderit, a iudiciis et carceribus et ab ea que illic est miseria, seipsum eruens.

Credamus igitur his que dicuntur, et ne resistamus neque obpugnemus. Maxime enim et ante premia, in seipsis habent uoluptatem et utilitatem precepta hec. Si autem pluribus honerosa esse uidentur, et multum tribuere laborem, intellige quod propter christum hec facis, et quod est triste, erit delectabile. Si enim cogitationem hanc semper habuerimus, nichil experiemur honerosum, sed multam undique fructificabimus uoluptatem. Labor enim, non amplius labor apparebit, sed quantum intenditur, tanto dulcior et uoluptuosior fit. Sed cum permanserit consuetudo malorum, et pecuniarum concupiscentia te incitans, obuiam ei constitue cogitationem illam que dicit, quod multam suscipiemus mercedem, temporalem hanc contempnentes uoluptatem, et dic ad animam, tristaris quoniam te uoluptate priuo? sed letare, quoniam tibi celum preparo, non propter hominem facis sed propter deum. Sustine igitur parum, et uidebis utilitatem quam maximam, expecta secundum presentem uitam, et accipies propalationem ineffabilem. Si enim talia **ipsi** dixerimus, et non solum **honorositatem** **uirtutis** excogitauerimus, sed et coronam que est ex ipsa reputauerimus, uelociter eam a malitia uniuersa desistere faciemus. Si enim diabolus monstrans uoluptatem quidem temporaneam, dolorem autem continuum, tamen ualet et superat, cum apud nos econuerso hec effitiuntur, labor quidem temporaneus, uoluptas autem et utilitas immortalis,

Commented [CN105]: reconciliare *add. super lin.*

Commented [CN106]: aduersarii *add. super lin.*

Commented [CN107]: id est mortem *add. super lin.*

Commented [CN108]: emendare *add. super lin.*

Commented [CN109]: uel discernitur *add. super lin.*

Commented [CN110]: uel prendet *add. super lin.*

Commented [CN111]: [fol.62ra]

Commented [CN112]: Morale XVI. quod et que extimantur difficilia, possibile est facile dirigere, si reputauerimus quod propter deum ea agimus. *notum in marg.*

Commented [EK113]: anime *add. super lin.*

Commented [EK114]: grauam *add. super lin.*

Commented [CN115]: [fol.62rb]

quis nobis erit sermo non participantibus uirtute, post tantam mitigationem? Sufficit enim nobis pro omnibus laborum conditio, et credere manifeste quoniam propter deum sustinemus hec omnia. Si enim regem habens aliquis debitorem, sufficientem in omnem uitam extimat habere stabilitatem, extima quam magnum erit, qui amatorem hominum et semper iuuentem deum, et paruorum et magnarum directionum debitorem sibi ipsi constituit? Ne igitur premitas michi labores et sudores. Neque enim spe futurorum solum, sed et alio modo facilem uirtutem fecit deus, copulatus nobis ubique et reassumens nos, etsi uoueris solum paruum afferre desiderium, alia omnia sequuntur. Propter hoc enim uult et te paruis laborare, ut et tua uictoria efficiatur. Et quemadmodum rex uult quidem suum filium adesse preliis, et sagittare, et apparere, ut ei reputetur trophaeum, omnia autem ipse explet, ita et deus in bello quod est aduersus diabolum facit. Vnum enim expetit a te solum ut inimicitiam propriam ad illum demonstres, etsi hec ei tribueris, ipse omne explet prelium. Etsi ira inflammat, etsi pecuniarum desiderium, etsi quecumque alia tyrannica passio, aduenit uelociter, si uiderit te solum ad ipsum repugnantem et preparatum, et facilia omnia facit, et superiorem flamma statuit, quemadmodum pueros illos tunc in babilione camino. Etenim illi nichil amplius quam consilium obtulerunt. Et igitur et nos omnem caminum inordinate uoluptatis dissoluentes hic gehennam que illic est effugiamus, hec per singulos dies consiliemur, et in his sollicite existentes ea operemur, appositione que est, circa ea que sunt bona, et continuis orationibus dei euniam id est bonam mentem attrahentes. Ita enim et que uidentur inportabilia esse nunc, facilia erunt et leuia et desiderabilia. Donec enim in passionibus fuerimus, asperam et difficilem et contrariam, uirtutem esse estimamus, malitiam autem, delectabilem et uoluptatiosam. Si autem parum ab his desisterimus, tunc et illa apparebit abhominabilis, et turpis et austera, et hec facilis et leuis et delectabilis, et hec omnia ex emendationibus est discere manifeste. Audi igitur qualiter paulus in illis quidem, et post emendationem uerecundatur dicens. Quem enim fructum habuistis tunc in his in quibus nunc herubescitis? hanc autem, et post laborem leuem esse ait. Illud enim tribulationis qui confestim est et quod laboriosum est, leue uocat, et gaudens in passionibus et exultans in tribulationibus et magna sapiens in cicatricibus que sunt propter christum. Vt igitur et nos in hoc constituamur habitu, in his que dicta sunt, nosmetipsos corrigamus, et posteriorum obliti, ad anteriora uero extensi, persequamur brauium superioris uocationis, quo fiat omnes nos potiri gracia et philanthropia id est amore hominum, domini nostri ihesu christi cui gloria et imperium, cum patre et sancto spiritu, in secula seculorum amen.

Commented [EK116]: uel ratio *add. super lin.*

Commented [EK117]: consolationem *add. super lin.*

Commented [EK118]: emendationem *add. super lin.*

Commented [EK119]: uel causeris *add. super lin.*

Commented [EK120]: defendens *add. super lin.*

Commented [CN121]: [fol.62va]

Commented [EK122]: uel mentem *add. super lin.*

Commented [CN123]: uel bonorum *add. super lin.*

Commented [CN124]: [fol.62vb]

Commented [EK125]: uel in presenti *add. super lin.*

Commented [EK126]: faciat *add. super lin.*